



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma alia concedendi appella[n]ti apostolos negatiuos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Forma dandi apostolos negatiuos.

ET dictus Inquisitor respondens prefate interiectioni appellacioni (si dici appellatio mereatur) dicit, qd ipse iuste & secundum canonicas sanctiones, ac consulta ad Inquisitores & priuilegia eorundem processit, & procedere intendit, ac a iuris tramite non discessit, nec discedere intendit: neque ipse appellante aggrauauit, nec aggrauare intellexit, nec intendit. quod patet per causas coloratas allegatas singulas discurrendo: Non enim grauauit eum in hoc, qd ipsum cepit, & caprum tenuit, quia cu sit sibi delatus de heretica prauitate, & testes multos habeat contra eum, merito ipsum tanquam conuictum de heresi, vel sibi vehementer suspectum captu tenete debuit, atque debet: nec grauauit eu: quia dare ipsu noluit cautioni: nam cum crimine heresis sit crimen de maioribus, & ipse appellans esse conuictus, & stare in negatiua, nequaquam erat, nec est cautioni etiam maxima dandus: sed est & erat in carceribus detinendus: *Et sic dicitur per alias rationes. Quo facto, dicat sic;*

Quare apparet, qd ipse Inquisitor iuste, & debite processit, & a iuris semitis minime deuiavit, minusque ipsum in aliquo grauauit: sed ipse appellans per causas coloratas, atq; fictas nititur subterfugere iudicium, iniuste & indebite appellando: propter quae eius appellatio est friuola atque nulla, utpote a nullo grauamine interiecta, peccatis in materia, & forma. Et cum appellacionibus friuolis, nec iura deferant, nec sit a iudice deferendum: ideo dicit ipse Inquisitor, qd interiecta appellacionem no admittit, nec admittere intendit, nec ei defert, nec ei deferre proponit. Et hac responsonem offert dicto tali, sic indebite appellanti, pro apostolis negatiuis, & mandat inferi statim, & immediate post appellacionem presentatam eidem presentatam: *Et sic tradat notario, qui appellacionem eidem presentauit.*

Forma alia concedendi appellanti apostolos negatiuos.

ET dictus Inquisitor respondendo antefate interiectioni appellacioni (si dici appellatio mereatur) dicit quod ipse iuste & iudice contra ipsum appellantem processit, nec ipsum in iudicio aggrauauit, sed ipse appellans timens ne secunda eius demerita feratur contra eu sententia, nititur subterfugere iudiciu & iustitia; fingensq; se indebite aggrauatu, sine ca legitima appellauit: propter quae eius colorata appellatio de iure est friuola atq; falsa, utpote a nullo grauamine interiecta: & cu appellacionibus friuolis nec iura deferant, nec sit a iudice deferendu: ideo dicit ipse inquisitor, quod interiectione appellacione no admittit, nec ei defert, nec deferre intendit. *Et hac responsonem offert pro apostolis negatiuis, mandando ea inferi immediate post interiectione appellacione. Et sic tradat notario, q appellacione eidem presentauit.*

Quib. apostolis negatiuis, sic exhibitis appel-

A lanti, statim Inquisitor continuando, ipsum suu officium exequatur, mandado eundem capi, seu detineri, vel ipsum arrestando, & vel terminum ad comparandum coram se eidem assignado, vel aliquid simile, propter quod appareat, quod non definit esse iudex, continuabitq; processum suu contra appellantem; quousq; per iudice, ad quem fuerat appellatum, sit prohibitu ne procedat: Caueat tamen Inquisitor, quod nullam nouitate faciat erga appellantis personam, nec ipsum capiendo: nec, si captus est, a carcere liberado: nec alias ab hora, qua appellanti fuit appellatio sibi presentata, quousque eidem appellanti apostolos tradiderit negatiuos: sed ex tunc (ut predicatur) poterit si iustitia hoc requirat, quousque sit prohibitus a iudice, ad quem fuerat appellatum: & tunc cum processibus & clausis & sigillatis, & cu fida & tuta custodia, idon ea cautione, si oportuerit, remittere eum ad iudicem antedictum.

B Si autem Inquisitor exhibere decreuerit appellanti apostolos affirmatiuos, & reuerentiales adueniente eidem termino peremptorio assignato ad dandum & recipiendum apostolos, exhibebit per modum, qui sequitur, in scriptis.

Forma concedendi appellanti Apostolos affirmatiuos.

ET dictus Inquisitor respondens prefate interiectioni appellacioni (si dici appellatio mereatur) dicit, quod ipse iuste, & prout debuit de iure, in causa presenti processit, & non alias, nec dictu appellante aggrauasse intendit: quod patet ad allegatas rationes singulas discurrendo. Non enim ipsum aggrauauit in hoc, quod dicit, &c. *Discurrat per causas singulas appellacionis meliori modo, & cum veritate, qua poterit respondendo, concludendo sic:*

Quare apparet, quod ipse Inquisitor dictum appellante nullatenus grauauit, nec cam dedit eide appellandi: sed ipse appellans metuens ne secundu eius demerita ad iustitiam procedatur, appellauit: propter quod eius appellatio est friuola atque nulla, qd a nullo grauamine interiecta, nec ei est iure a iudice deferendu. Veru & propter reuerentia sedis Apostolicae, ad qua extitit appellatu, dicit ipse Inquisitor, quod dicta appellacione admittit, eique defert, & deferre intendit, totum presens negotium ad Sanctissimum dominu nostrum Papam, & sanctam sede Apostolicam remittendo, assignado eidem appellanti certu tempus, scilicet tot menses proxime sequentes, infra quos cu processibus clausis & sigillatis, sibi per ipsum Inquisitor tradedis, & alias data idonea cautione de presentando se in Romana curia, vel cum fida & tuta custodia, eisdem per ipsum Inquisitor exhibenda, habet se in Romana curia presentare domino nostro Papa.

Et hanc responsonem offert ipse Inquisitor eide appellanti pro Apostolis affirmatiuis, & mandat eam inferi immediate post interiectione appellacione eidem presentatam. Et sic tradat Notario, qui appellacionem eidem presentauit.

Arrestare, vox vulgaris de qua videtur hic in ed. mentario.

L. r. §. r. ff. nihil nouari appellat. inter pos.

Cap. r. de post hoc. l. appel. lib. 6. 126

Al. interiectione appellacioni.

Cap. r. de appella. in s.

